Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 659
Quelle:
Copyright:

tentia, sed Exemplum perfectius, quam supra fol. 62. Fol. 126. *de triplici habitaculo diuinitatis.* T. VI. *append. col.* 159. spurius. Fol. 128. *Sermo de assumptione virginis Marie* cum Praefatione. T. VI. *append. col.* 249. spurius. Fol. 130. *de visitacione infirmorum* Libris II. *ibid. col.* 253. spur. Fol. 133. *de agone christianorum.* T. VI. *col.* 245. Fol. 138. *Liber Questionum Orosij.* T. VI. *append. col.* 7. spurius. Fol. 144. *de diuersis questionibus* LXXXIII. T. VI. *col.* 1. Fol. 168. *Retractationes* Libris II. T. I. col. 1. Fol. 176. *de XII. abusivis seculi. uel de XII. gradibus abusionis secundum beatum cyprianum.* Neutrius, sed spur. T. VI. *append. col.* 211. Fol. 189. *de honestate mulierum.* T. V. *append. col.* 488. spur. Fol. 191. *de quantitate anime.* T. I. *col.* 401. Fol. 203. intercurrunt *Isidori Synonyma* multoties a me relata, ut *Index* docet. Fol. 211. *Tractatus de humilitate.* Lacinia certe non *Augustini*, agens potius de Lectione et Lectoribus. Fol. 212. *de singularitate clericorum*, omissus merito a *Maurianis* Libellus, de quo plura dixi *Vol. I.* P. 1. col. 127. Fol. 219. *de conflictu viciorum et virtutum.* T. VI. *append. col.* 219. spur. Fol. 225. *Sententia, ut non solum lingua* &c. Est *Sermo T. V. append. col.* 413. spur. Fol. 226. *Sermo de decem cordis.* T. V. *col.* 48. Fol. 233. *Sermo de reuerentia maiorum.* T. VI. *append. col.* 297. inscriptus *de Obedientia et Humilitate* spur. Fol. 235. *de persecutione christianorum.* T. VI. *append. col.* 368. inter *Sermones ad Fratres in Eremo* spur. Fol. eod. *de bono discipline.* T. VI. *append. col.* 295. ad *Valerianum Cymel.* pertinens *Sermo.* Fol. 237. *de diuinatione demonum. de origine anime. de nouo cantico* Fragmenta Augustiniana. Fol. 238. *de cognitione vere vite.* T. VI. *append. col.* 169. spur. Fol. 241. *de fide ad petrum dyaconum.* T. VI. *append. col.* 19. est *Fulgentii Ruspens.* Fol. 249. *de natura Summi boni.* T. VIII. *col.* 502. contra Manichaeos. Fol. 255. *de vita christiana ad sororem suam.* T. VI. *append. col.* 183. spur. Nihil horum Tractatuum a me non jam alias relatum est. Dolendum, non incidisse bonum illum Plebanum in sinceriora Exempla, totque *Pseudaugustinianis* tam sedulam operam navasse.

CCCXV.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 85. 4. per duas columnas luculente et nitide scriptus, picturatis Initiorum literis, et quondam κτημα Carthusiae *Axbacensis* continet D. *Augustini Confessiones*, prout extant T. I. *col.* 69. Edit. *Maur.* Initium: *Magnus es domine et laudabilis* &c. Huic superscripsit Librarius: *Her got bilf.* Libri decurrunt absque ulla divisione in Capita; Codex vero abrumpitur in verbis: *Usquequo Domine irasceris in finem. Ne memor fueris iniquita* — — —. quae sunt L. VIII. juxta Edit. C. 12. n. 28. R. 2011

CCCXVI.